

Hamarensis. & Dolfinus Orkadensis eadem gracia Electi. Salutem in domino Jhesu christo. Quoniam ut ait apostolus &c. *till* vitam eternam. Cum igitur ecclesia Cathedralis beatorum apostolorum Petri & Pauli in ciuitate strengnensi. sumptuoso sit opere inchoata & de multis indigeat ad ornatum sui & sibi adherencium. Nos de omnipotentis dei misericordia & apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus & confessis qui dicte ecclesie manum porrexerint adiutricem. Nos Andreas asloensis. quadraginta dies. Nos Arno stawangrensis. XL^a. dies. Nos Narwo Biærgensis. XL^a. dies. Nos Jørundus Hamarensis XL^a. dies. Nos Dolfinus Orkadensis. XL^a. dies de iniunctis *sibi* penitenciis misericorditer relaxamus. Datum Luthosie anno domini Millesimo. Ducentesimo. Octogesimo. *Sexto*. VI^o. *Jdus*. Julij.

Sigillen bortfallne, men de 5 remsorna äro qvar. NB. *Sexto* och *Jdus* äro nästan utplånade.

917.

1286 d. 12 Juli.

MARGARETA CARLS dotters betyg att hon genom lagligen gjordt byte emottagit Lydolfstorp i Wätle härad af Svantepolk, Hertig KNUTS son, för en qvarn i Östergöthland.

A. 6. a. 1: 36.

Uniuersis presens scriptum inspecturis MARGARETA domini karuli swænkæ sun quondam filia jn domino vitam & salutem. Quoniam hominum memoria labilis est, ideo ea que geruntur in tempore ne labantur cum tempore debent litterarum testimonijs commendarij. Nouerint igitur omnes istas litteras auditorj, nos predium quoddam in lydholfs thorph in vetlohærad pro molendino nostro in regheunsbalgh in osgocia & fundo vno ibidem adiacente ab jnclito domino swantepolko ducis kanuti quondam filio in commutatione recepisse. forma iuris seruata secundum dictamen legum & patrie consuetudinem approbatam. vt ergo huiusmodi cambium firmiter perseueret, presentes dicto domino litteras scribi fecimus in euidenciam acte rej. Rogantes heredes nostros ne memoratum dominum. S; aut heredes suos super predicta commutatione velint modo aliquo molestare. Scriptum anno domini. M^o.CC^o.LXXX.VI. Quarto, jdus, Julij.

Sigillet, hängande på en ur brefvet klippt remsa, är utnött.

918.

1286 d. 9—14 Sept.

Sigtuna.

Fru ELISABETH, Herr GERES enkas Testamente på gårdar i Lösta, Kolhamra, Bedarne, Tweta, Skirlaby och Myklaby, till åtskilliga Kloster, Hospital, och Kyrkor samt enko åt hvarje sin Sockenprest.

A. 4. a. 12.

JN nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Quoniam varii sunt humane fragilitatis ewentus & terminus mortis omnibus est incertus, necesse

est dubios casus certis rationibus preuenire, presertim cum geste rei noticia processu temporis cito tollatur a memoria nisi voce testium, aut litterarum indiciis posteris prebeat viuacis memorie firmamentum. Innotescat igitur tam posteris quam modernis quod ego ELISABETH domini geronis quondam filia, de bonis mihi a deo concessis in remissionem peccatorum meorum meum taliter condo & ordino testamentum, Fratribus predicatoribus Siktonie apud quos eligo sepulturam. do curiam meam Løstum cum omnibus mobilibus & immobilibus, Ad fabricam ecclesie vpsalensis vnam oram terre in culambri. Fratribus minoribus østraaros dimidiam oram terre ibidem. Fratribus minoribus in enikopia dimidiam oram terre ibidem. Fratribus minoribus in stocholm dimidiam oram terre ibidem. Ecclesie sancti olai in siktonia vnam oram terre ibidem. Ecclesie othinsharg vnum solidum terre ibidem. Hospitali in enikopia dimidiam oram terre ibidem. Sanctimonialibus in Foddø duas marchas terre in Bedarnum cum domibus. Sanctimonialibus in Sko octo solidos terre ibidem. Fratribus predicatoribus vestraaros quatuor solidos terre ibidem. Fratribus predicatoribus strengenesie quatuor solidos ibidem. Sororibus apud sanctum martinum skeningie curiam meam twetum in fanø cum omnibus mobilibus & immobilibus. Ecclesie kalmari duos solidos terre & dimidium in Skirlabý. Ecclesie Løth vnum solidum terre in myklabý. Cuilibet sacerdoti ecclesiarum mearum parrochialium vnam vaccam. In cuius donacionis & ordinacionis mee testimonium Sigillum meum, necnon & domini mei Magni illustris Sweorum gotorumque regis, & venerabilium patrum, Domini magni archiepiscopi vpsalensis, Domini Anundi episcopi Strengenesis Domini Johannis episcopi aboensis, Sigilla duxi presentibus firmiter apponenda. Actum Siktonie anno domini M^oCC^oLXXX^oVI. Infra octauas nativitatis beate virginis.

Sigillen, 1 Konungens, 2, 4, 5 andeliga, skadade, 3 bortfallet, remsan qvar.

919.

1286 d. 22 Sept.

Stockholm.

MAGNUS JOHANSSONS gåfvobref till KETTILFAST från Nyköping på hemman i Bergshammar, Blaksta, m. fl. lägenheter.

A. 7. 1: 19. *).

Omnibus presentes Litteras inspecturis, MAGNUS JOHANNIS filius, salutem in domino sempiternam, Quoniam ob labilem hominum memoriam viteque fragilibreuitatem que racionabiliter acta sunt frequenter in dubium reuocantur & raro proueniunt ad puram noticiam posterorum Nisi scriptura su-

*) Finnes äfven i odaterad vidimation af BENGT Bos son, hvarest namnen skrivvas: bershamarh, blaxtum, hælghældør, brytia arnøde, brytia suanævik, østigh, ingimunda nes, skararum.